

署公教主總北台教主天

ARCHIDIOECESIS TAIPEHENSIS

CURIA ARCHIEPISCOPALIS

100, HO PING EAST ROAD 1ST SECT.

TAIPEI, TAIWAN, CHINA.

號一第八一一段一路東平和市北臺灣臺

Libro 6
Doc 10

Pro feformatione Codicis Juris Canonici.

De Laicis.

Articulus I. De jure et munere laicorum.

can.

1. Laici sunt membra Populi Dei, qui in simplici statu baptisati et confirmationis atque in rebus temporalibus, ordinaria per statum matrimonialem vitam suam agunt.

can.

2. Laici utpote membra Populi Dei characterem sacerdotalem, propheticum et regalem Christi participant. Ad eundem characterem manifestandam laici a Spiritu Sancto varia charismata recipiunt.

can.

3. Laici, vi baptismi et confirmationis, officium et ius ad apostolatatum habent. Etenim per baptismum corpori Christi mystico inserti, per confirmationem virtute Spiritus Sancti roborati, ad apostolatatum ab ipso Domino deputantur.

can.

4. Apostolatatus laicorum est ipse apostolatatus Ecclesiae qui est omnis navitas, quae ad rem Dei ubique terrarum dilatandum in gloriam Dei Patris homines salutaris redemptionis participandas efficit.

can.

5. Ambitus ordinaria apostolatatus laicorum habetur in vita sociali economica et politica ac culturali, quae in rebus temporalibus versatur. Exercitio apostolatatus laicorum fit imprimis per testimonium vitae in fidelitate ad fidem, spem et caritatem et per annunciationem verbis factam de Christo.

can.

6. In rebus spiritualibus jus est laicis recipiendi a clero adiumenta et potissimum sacramenta, in apostolatu vero directionem.

can.

7. In functionibus sacris laici partem activam secundum praescriptiones liturgicas et ordinem theologicum habere debent, ita ut ipsi vere participantes efficiantur.

can.

8. In institutis theologicis laici theologiam studere et docere possunt; in conventibus de rebus spiritualibus et theologicis agentibus laici verba facere decent.

can.

9. Assuescant laici intime cum sacerdotibus suis uniti in parocia operari atque ad omnia bona incepta adiutricem operam pro viribus navare.

can.

10. Colant laici sensum dioecesis, prompti sint semper ad invitationem Pastoris sui, vires proprias inceptis dioecesanis adicere atque etiam solliciti de necessitatibus Populi Dei in toto orbe terrarum dispere.

can.

II. Laici conjugale consortium per gratiam sacramentalem pie et colant ita ut familia sit eorum potissimum testimonium vitae christianaee.

署公教主總北台教主天

ARCHIDIOECESIS TAIPEHENSIS

CURIA ARCHIEPISCOPALIS

LANE 188, HO PING EAST ROAD 1ST SECT
TAIPEI, TAIWAN, CHINA.

第一卷八八一頁一第本字和市北台署教

- can.
12. Apostolatus, a singulis peragendus, ex fonte vitae vere christianae abundanter profluens, est primarius nec per ceteras formas substitui potest. Peculiaris forma apostolatus singulorum et signum quoque nostris temporibus accommodatissimum, Christum in suis fidelibus viventes manifestans, est testimonium vitae laicalis e fide, spe et caritate emanantis. Neque est praetermittendus apostolatus verbi in quibusdam adiunctis omnino necessarius.
- can.
13. Christifideles ad apostolatum consociatum in variis suae vitae conditionibus vocati sunt. Haec forma apostolatus consociati exigentiae christifidelium tam humanae quam christianae feliciter respondet simulque signum prae se fert communionis et unitatis Ecclesiae in Christo.
- can.
14. Apostolatus plenam efficaciam attingere potest solummodo multiforimi et integra formatione. Haec formatio ab ipsa indole saeculari et propria laicatus, eiusque spiritualis vitae ratione notam specialem accipere debet.
- can.
15. Laicorum apostolatus, sive singularum sive consociationum recto ordine insertus esse debet in apostolatum totius Ecclesiae; imo conjunctio cum eis quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei elementum essentialis apostolatus christiani est.
- can.
16. Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere, principia et subsidia spiritualia praebere, eiusdem apostolatus exercitium ad bonum commune Ecclesiae ordinare atque, ut doctrina et ordo servantur, invigilare.

Nota

Mihi visum est optimum esse doctrinam et principia in Decreto Conciliari De Apostolatu Laicorum enunciata enucleare ut principia juridica de Laicis aeque eorum munere et jure in genere habeantur.

ad cap. I. videatur Constitut. De Ecclesia, cap. De Populo Dei et in Decreto De laicorum apostolatu, n. I.

ad can. 2. sicut ad can. I.

ad can. 3. Decreto de Laicorum apostolatu cap. I. n. 3.

ad can. 4. Decreto de Laicorum apostolatu cap. I. n. 2. cap. II. n. 6.

ad can. 5. Decreto de Laicorum apostolatu. cap. II. n. II. 11. 13.

ad can. 6. (Decreto de laicorum apostolatu) Codex I. O. can. 682.

ad can. 7. Constitutio de sacra liturgia.

ad can. 8.

ad can. 9. Decreto de Laicorum apostolatu. cap. III. n. 9.

ad can. 10. Decreto de laicorum apostolatu. Cap. III. n. 9.

ad can. 11. Decreto de laicorum apostolatu.

ad can. 12. Decreto de apostolatu laicorum. cap. IV. n. 16.

ad can. 13. Decreto de Laicorum apostolatu. cap. IV. n. 17.

ad can. 14. Decreto de apostolatu laicorum. cap. VI. n. 28.

ad can. 15. Decreto de apostolatu laicorum. cap. V. n. 23.

ad can. 16. Decreto de apostolatu laicorum. cap. V. n. 24.

e. St. Jan. Lokman Taipei